Zawady — Juramentum

In Causa et Actione iudicialiter vertente inter Instigatorem Iudicii praesentis et ipsius delatores Nobil Joannem olim Pauli Zawadzki Andream olim Bartholomei Martinum olim Pauli Marinam filiam olim Mathiae Zawadzki Consortem Nobilis Venceslai Pietrzikowski Sylvestrem olim Georgii Michaelem olim Jacobi Martinum olim Alberti Martinum olim Mathiae Adamum olim Alexandri Jacobum olim Felicis Josephum olim eiusdem Felicis Simonem olim Mathiae Valentinum olim eiusdem Mathiae Catherinam filiam olim Thomae Consortem Nobilis Petri Skrzypkowski Simonem Bolesta olim Stanislai Nicolaum Josephum olim Jacobi Barbaram relictam olim Jacobi Laskowski Paulum olim Alberti Jakubowski de Zawadi haeredes praesertim Maritatas cum suorum maritorum minorennes vero si qui ex eis sunt Cum tutorum de iure incumbentium assistentia et authoritate Actores Et Nobiles Martinum Zawadzki olim Stanislai Paulum Zawadzki fratrem ipsius Germanum Citatos Ideo Quia ipsi non formidando poenas legibus et Constitutionibus Regni de expeditione Generali bellica Sancitas sub hoc tempus praesentis expeditionis exacta Contributione Sexaginta floren polon et duorum floren polon et decem grossorum polon pro expedienda eadem expeditione Belli bellica Contra licentiosos Kosakos et alias multas Sectarum Catervas circa se retinuerunt ad manus Actorum qui suo sumptu et impensis ac stipendiis evadendo rigorem iuris expedivarunt, reddere et restituere noluerunt neque curant Citatione ipsa de his latiore Hodierno in Termino ex eadem Citatione ad praesens legitime devenien Judicium praesens Castren Capitan Bransken Controversiis partium utrarumque Actores per Nobilem Joannem olim Pauli Zawadzki a se et ab aliis Citatis vero per se personaliter factis exauditis et debite intellectis in habendo negativae exceptioni partis Citatae eidem iuramento Corporali cum duobus testibus sibi genere similibus Contenta Citationis in rotham ex propositione formandam evadere decrevit idque in sequentibus Judiciis proxime celebrandis in quibus partibus utrisque Actores ad attentandum Citatos vero ad iuramentum praestandum idque quod iuris erit decernen paratum et peremptorium praefixit et Conservavit.